

CIMELIA

Qu

6049

Bomastrius


Medic. 5614.


Do circunclón



6049

CIMELIA





☞ DE VRINA=
RVM AC PVLSVVM IVDICIIS
LIBELLVS, AVTHORE THEO.
PHRASTO BOMASTIO SVIS DISCIPVLIS
PRIVATIM IN CANICVLARIBVS
PRAELECTVS.

ITEM DE
PHYSIONOMIA EIVSDEM
QVANTVM MEDICO OPVSEST, TX=
PIS AC ANNOTATIONIBVS
VNDIQVE DECO=
RATVS.
*

Ανέχῃ καὶ ἀπέχῃ



NISSÆ SYLESIORVM
excudebat Iohannes Cruciger.
M. D. LXVI.

THE UNIVERSITY OF CHICAGO
LIBRARY
1890

THE UNIVERSITY OF CHICAGO
LIBRARY
1890



THE UNIVERSITY OF CHICAGO
LIBRARY
1890

ILLVSTRI ET
MAGNIFICO HEROI ET DO-
MINO D. VRATISLAO A PERNE-
STEIN DE SOCIETATE AVREI VELLERIS,
Augustissimi Romanorum Imperatoris Maximiliani
II. &c. Supremo rei equestris præfecto & cubi-
culario &c. Domino & Patrono suo
gratiosissimo.



Illustri & Magnifice Heros, Do-
mine & Patrone gratiosissime.
Cum Nissæ Sylesiorum per ali-
quod tempus versarer, contracta
amicitia cum homine multarum peregrinatio-
num & variæ experientiae Marco Ambrosio
Nissense, accidit, vt inter cætera suauissima &
doctrinæ plena colloquia mentio inter nos fieret
Theophrasti Paracelsi viri mehercle suæ ætatis
longe omnium eruditissimi & præstantissimi:
cuius absolutam & perfectam in vtraq; medi-
cina cum cognitionem, tum certissimam felicis-
simamq; in curandis extreme desperatis morbis
praxin doctissimi & optimi quique suspiciunt, &
admirantur non sine quodam stupore. Nam

A h vt, qd

vt, quod res est, ingenue fatear, & si memini me aliquando à tua Magnificentia Illustri interrogatum de Theophrasto ex ignorantia minus præclare de eo sensisse, tamen ab ea die, qua primum ipsius scripta à me non oscitanter perlecta sunt, & singularia quædam artis Spagiricæ perscrutata cumq; exercitatis hominibus tractata, vix dicere queo, quantum me virille excellentissimus in sui amorem & studium pertraxerit, præcipue cum cognouerim prosperrimo successu doctissimos medicos ipsius vestigijs inhærere. Hic cum animaduerneret Marcus, me rerum Theophrasticarum esse cupidissimum, tum se pro suo candore & mirifico in me adfectu magis cœpit aperire, & iam de quorundam arcanorum præparatione & vsu disseruit, & quosdam Theophrasti libros nondum Typis excusos legendos dedit, quorum quidem lectio dulcissima me affecit voluptate. Inter hos erat iste de Vrinis liber, cuius notiçiã studiosis medicinæ purioris nequaquam præcludendam esse existimaui, & continuè interpellando apud eum obtinui vt edendi mihi eius licentiam faceret, in quo quidem non tam gratum

gratum quam gratissimum multis bonis me fa-
cturum arbitrabar. Placuit autem mihi ho-
norem & patrocinium huius publicationis prin-
cipaliter T. M. deferre, quod ea non solum
antea de me optime sit merita, sed perpetuo fa-
uore & gratia porro ornare & prouehere me in-
nata comitate et liberalitate studeat, quod cōstanti
obseruantia atq; officiorum pietate demereri pro
virili conabor. Accedit & altera causa, quia
eligendus talis erat patronus, cuius sapientia &
magnanimitate Regis medicorum scripta con-
tra calumniatores, & Zoylos maledicos vindi-
cari & defendi possint, cum nostro seculo nihil
æquè familiare habeat hominum perditorum
vulgus, quam vt bonorum laudabiles carpant
& proscindant conatus, cum ipsi interim nihil vel
mediocre quidem præstare queant. Nec vero
ad hoc T. M. potiozem constituere potuissem,
cum ea sit prudētia, iudicio, et virtute, vt præclare
actorum dexteritate, & heroici animi splendore
& præeminentia non paucos senes tui ordinis
prætereas, & post terga relinquas. Taceo in-
terim, quod sciam nihil magis acceptum me tibi

A ij

facere

facere posse, quam si transmittam abstrusarum &
non vulgarium rerum lucubrationes, quarum te
notitiam ardentem expetere & mira ingenij saga-
citate perscrutari ex diuturna conuersatione ap-
primè compertum habeo. Erigor autem in
certam spem, T. M. & istud haud cōmune mu-
nus, & meum studium atq; constantem obseruā-
tissimi animi culturam benigno & perliberali
vultu suscepturam. Ego vicissim dabo ope-
ram, vt propediem huius generis plura nec mi-
nus splendida & vtilia in publicum veniant.
Bene & foeliciter vale Illustris Patrone, &
me, quod facis, amare perge. Nilsæ
Calendis Iunij Anno Salutis

M. D. LXVI.

Tuæ Illustris Magni-
ficentiae

Ex aſe

Laurentius Span-
à Sspanovv D.

4

THEOPHRASTI
BOMASTII AB HOHENHAIM
HEREMITÆ VTRIVSQUE ME-
DICINÆ DOCTORIS DE VRINARVM AC PVL-

suum iudicijs libellus: Tum de Physiono-
mia medica, Typis ac annotationibus
eiusdem illustratus. Anno
M. D. XXVII. August:
XVII. die.



PRÆFATIO.

VM iam sæpe discipulorum quidam hortentur, ac precibus plane contendant, vt libellum de lotio inspiciendo conscribam, quod quidem auditores candidiss: tum vobis gratificans tum posteris consulens, plane mea sponte ac lubens id oneris suscipiam. Idq; otij quod per æstiuas iam ferias non literis, sed genio alijs indulgendum concessum est, huic ego labori, ne vllum sine linea, vt aiunt, diem transigamus, impendam. Gratificari autem vobis volebam, partim vt vel hoc quoq; obsequio studiosiss: mei demererer, partim etiam vt in multis alijs dexteritati ingeniorū

ingeniorum consulerem. Quis enim nescit quam frigis
de medicorum vulgus haftenus urinarum iudicium tras
tauerit, qui praeterquam quod innumeris somnijs suis de
Humoribus alijsque id genus trichis chartas implent, op
tima quoque adolescentum ingenia misere iisdem obrus
unt, adeo ut vel tota viri aetas huic saltem parti non
sufficiat. Quare auditores studiosiss: visum est de lo
tj ratione quaedam certo quodam ordine, et ut succin
ctius, ita et verius, distribuere. Idque facile vetera nos
tris conferentes iudicabunt. Hoc tamen beneficij loco
ducam, ut cultioris linguae studiosi si quam alicubi vos
cem caeteris auditoribus minus receptam usurpemus,
id factum persuasum habeant quo et colorum rationem
quae hoc in loco desideratur, et rei proprietatem
expressius delineare queam. Insuper si quid obs
curius aequae occurrit, nostra quantulum
cunque industria explicatum haud sciam.
Sed ad rem ipsam.



CAPVT

CAPVT I.

Vrinæ definitio & diuifio.

VRinam in tres, exteriorem ſcilicet, cruoris, et permixtam, partes diſtractam, nihil aliud eſſe quàm ſalem ab ingeſto nutrimento ſegregatum, et quoddam trium primorum excrementorum à natura neglectum definiam. Quæ equidem peculiaribus his ſeparandis concoquendi ſiue digerendi, expellendiq; facultatibus, in quolibet trium principalium membrorum vtitur. Singularum igitur facultatum cuiuſlibet membri vrina, tum proſperam tum aduerſam hominis valetudinem indicat. Porro hæc ex iſdem, iam ſeparatæ vrinæ, iam digeſtæ cognomentum accipit, expultricemq; vim recte habere tū color ille, tum æqualis ille modus ſymmetricæ declarant. Quo ſic etiam in tribus capitibus de vrina rectæ valetudinis indicatrice dicere ſtatui, quo facilius aduerſæ notas in ſequentibus depræhendamus,

CAPVT II.

De vrina quæ facultatum ſtomachi habitum declarat.

SEparandi facultas ventriculi, quæ et primum obtinet inter reliquas locum, coloribus vrinæ dignoſcitur. Nam ſeparato iam ſulphure crudo color ſeu tinctura Topazio ſimilis aut potius Colophonizæ ſpiſſitudinem referens in ſtomacho remanet, quem ſi qua res

B

fert

fert quoq; vrina, hac quoq; parte separationem iustam
esse non dubitamus, quod si vel Salis vel Mercurij co-
lores in ea vicerint, abominanda est. Sani enim ho-
minis vrina solo sulphure tingitur. At aliorum alia ra-
tio est, siquidem absolutam salis separationem, huius
particulæ tum hypostasi exacte concinnata, tum colo-
re inter fuscum medio ac cœlestē cognoscis. De Mer-
curio non aliter censendum, quippe qui ex suo ingenio
gravis fundum petens supremæ tamen parti vrinæ, et
substantia et colore similimus existit, eiusq; proinde
separatio optima.

Concoctionis autem hæc sunt. Vrina in substantia
et colore perspicua sulphuris, hypostasis autem cœles-
tis coloris et perlucidi, Salis exactam digestionē red-
dit. Pari modo vbi ea quæ fundo continentur, ac hy-
postasis summaq; vrinæ pars iusto dissident interuallo,
tum Mercurium bene coctum existimato. Expultrix
inde facultas non negligenda, quam plane nulla prorsus
parte excessisse vrinæ quantitas vna cum hypostas-
si demonstrant. Illa quidem vt modum seruet, hæc
vero vt tertiam vrinæ ex Iuuenibus partem, ex decre-
pitis autem quartam obtineat. Quarum si vnā com-
peries diminutam, minus recte habentis indicium est.
Ex his tandem aduersa quæ stomacho accidere possunt
iudicabis.

CAPVT III.

De sana vrina Epatis ratione.

Iecinoris

Iecinoris bonum habitum his notis depræhendes, vt
lea, quæ in vrina continentur, diaphana clara et pers-
picua reluceant, Atq; ea in primis laudatur vrina, quæ
radios in manum transfusos reflectit, sulphurq; optime
separatum à iecinore commenstrat. Simili ratione
hypostasis ab alijs discreta, lucemq; in altum transfun-
dens, salem in Epate separatum testatur. Quod au-
tem in fundo remanet, si in tantum lucidum fuerit, vt
radij eius per vtrumq; fundum appareant, Mercurium
adamussim separatum denotat. Concoctio seu de-
coctio his notatur signis. Quemadmodum vrina densa
si ne sit coloris, vt vel agitata lucidiorem perpetuo ser-
uet habitum, quæ sulphuris cocti indicium præbet:
Idem quoq; hypostasis commotione non dissoluta de
sale portendit. Porro quod fundo remanet fixum,
nec in minimas quasq; distractum partes, Mercurium
scilicet optime digestum significat. Ad hæc quæ in
vrina continentur simul quidem numero tria ordine et
situ egregie compacta, facultatibus nihil deesse ostens-
dunt.

CAPVT IIII.

De vrina renum habitum declarante.

Colore hypostasi ac his quæ fundo continentur
crecte habentibus nec quauis turbatis agitatione,
nullam omnino defecisse facultatum in renibus affirma-
bimus. Et si hoc loco * iusto tamen retento ac
situ ac ordine eorum quantitati nonnihil detrahitur.

B ij

Hæc

Hæc tandem Epilogi vice à nobis subiicienda: Sanæ omnino vrinæ indicia esse, Hypostasim et porosam et symmetria non excedentem, cui et color qui et latus vtrumq; pertensus, summaq; eius parte velisus sit, tandem quicquid reliquorum inciderit, inauspicatum censeo. Hæc de vrina sana dicta in præsentiarum sufficiant.

Sequuntur annotationes & priorum capitum declarationes.

Quo tempore quoue pacto vrina sit colligenda, mittenda medico, notandum, quod ea vrina, quæ à prandio statim colligitur, iudicio non est conueniens. Nam cum nutrimenta primum in stomachum ueniunt, aquositatem quandam superfluam eijciunt ad uesticam, ex qua nihil iudicari potest. Nec secundario eiecta ualet admodum, quæ post 2. uel 3. horas eijcitur, nam tum Epar suam eijcit aquositatem. Ita quoq; in renibus: sed quartam quæ sequitur quantum lacunq; sit colligenda est. Ita quoq; noctu quæ eijcitur prima cum itur dormitum non ualet, nec illa quæ ante tertiam emititur, sed quæ postea sequitur colligenda est. Estq; vrina uera ex qua * quicquam medicus iudicare potest. Quod si quis per noctem non mingat, opus eam accipere quæ mane emititur, eaq; sit spumosa nec admodum colorata, (cui condonandum erit) nam uenit ex vrina uera & aquositate. Notandum quoq; eam urinam quæ interdum exit coloratiorem esse ea quæ noctu. Item famelici citius poterunt urinam dare quam ceteri, id est, ij qui statim fame afficiuntur. Hæc de vrina exteriori. Cruoris urinam si percolligere uolueris, opus est ut nihil comedas nec bibas, aut saltem siccum panem aut siccam carnem ut est assata, & tunc colligatur ea vrina, quæ post mediam noctem uenit, tamen ante septimam. Quod si contingeret ut patiens laboraret aliquo morbo acuto, qui nihil quidem comedit sed interim largiter bibit, is admonendus est ut unica saltem nocte nihil bibat, quo vrina certa cruoris colligi possit, alias enim falsificaretur urinæ iudicium, Nam etsi & à cibo & à potu abstineas, tamen natura quotidie per seipsam dat suum cruorem, ea enim quæ sunt in natura mineralia,

tura mineralia, hunc cruorem quotidie mittunt. Hæc de colligenda duplici urina dicta sufficiant. Nam non admodum refert, quo tempore permixtam colligas urinam, quanquam eo modo colligi consilium est quo exteriorem.

In caput 1. & 2. Annotata.

Vrinam ante omnia triplicem esse ut præsciet oportet, Exteriorem scilicet cruoris & permixtam. Primum igitur de urina exteriore. Exterior urina provenit ex ijs quæ aut comedimus aut bibimus, id est, ex nutrimentis, nec quicquam aliud indicat quam quod ad stomachum, epas, aut renes attinet, dicitur quoque urina Tartari, eo quod uenit ex tartaro coagulato, putrefacto aut ex opilatione. Estque duplex sana & non sana. Sana cum tinctura sulphuris adest, nec tamen semper aurea est, nam quandoque flaua, interdum pallidior quodammodo uidetur. Urina tartari cognoscitur ex circulo, nam si is est unicus plumbei coloris, signum certissimum tartarearum urinarum, indicat autem hæc urina separationem scilicet eam, quæ fit in tribus principalibus membris puri ab impuro, digestionem & expulsionem qualiter facti sunt tres primæ: id est, salia Mercurius & sulphur in qualibet urina dinosci possunt. Hypostasis enim * salis qualitatem, tinctura Sulphuris, fundus mercurij denotat. Notandum tamen urinam tartari nullam mineralium ægritudinum indicare, sed solum tartari quæ ad stomachum & Epas & Renes spectat. Hypostasis, id est, salis tinctura si fuerit cælestini Blosæ coloris signum est salis boni. Notandum tamen ut uideatur parietem uersus, at umbra aliquantulum. Mercurius, id est, liquor nutrimenti si bene separatus fuerit, tunc erit urina flaua prout cuiuslibet generis & regionis natura expostulat, non semper aurea. Urina cruoris est cum circulus coloratior quodammodo est, tenditque ad rubedinem, Ex hac urina possunt grauissimi morbi dijudicari, præcipue ij qui ueniunt ab ipsa natura, ut est caducus. Notandum quod, nisi in urina cruoris nihil certi potest pronunciari ex circulo de dolore capitis. Nam nihil aliud indicat quam urinæ qualitatem, id est, an exterior, cruoris, etiam ea quæ ad Epas aut ad renes pertinent iudicari possunt, uerum nihil de stomacho eiusque ægritudinibus. Nihil enim de pleurisi hydropisi destitui potest ex urina cruoris.

De urinæ quantitate.

Urina

Vrina quantitas notanda quantum ad uirtutem expulsiuam, estq; secundum quantitatem potus & escæ animaduertienda. Si urina est multa & pallet * quod archeitas, id est, propria natura stomachi deficit, & nimium sumptum fuerit de nutrimento. Si hypostasis alba est, urina est falsa, & omnia iudicia ex ea, itidem si nihil dignosci potest in illa. Itidem ex urina crapulosa non est multum iudicandum, cum non habeat perfectam digestionem separationem & expulsionem. Est enim sicut urina Archelai equiaca, qui secundum quod bibebat & comedebat etiam mingebat. Et hæc urina dicitur permixta, quæ ex duobus circulis * dinoscitur, fitq; cum salia expellunt sua incrementa esum potumq; & componitur ex exteriori & cruoris. Hæc de permixta. Notandum de fundo urinae exterioris, quod semper debet esse spissior aliquantulum quam superior pars, tamen perspicuus & diaphanus.

In caput 3. & quartum.

Si digestio iecinoris bene perfecta est, non tangit inferiorem fundum fundus superior. Si hypostasis in superiore parte lata est, & deficit in uirtute expulsiua. Nam hypostasis debet sursum in acutum uergere, acumine superiora tangere. Urina fit aurei coloris benefacta separatione in renibus, quod si fundi non bene dinosci possunt, signum male separationis. Fundi uero bona clarificatio & cum duplex fit reflexus ad manum, unus pallidior alio, tamen utriq; flauis bonæ est separationis. Item, cum urina non est spumosa odor jestig. Notandum quoq; quod urina in renibus primum coloratur, & quanto coloratior existit ad aureumq; colorem propius accedit, tanto melioris separationis factæ signum est. Obseruandum hoc quoq; spumam in exteriori urina significare absolute podagram nec quicq; aliud.

De urina ætatum ac sexuum.

Vrina iuencularum semper sunt habiliores, quam in iuuenibus hypostasis fit longior minutior quodammodo & in totum subtilior: Iuuenum semper crassior. Illarum dat in fundo adhuc unam paruum hypostasim, quamuis non bene animaduertentibus uideatur

tur continua cum superiori, & hanc hypostasim matrix propriam, uerum dat minutissimam, attamen discretam, quæ tamen in uirorum urina non est, & est signum mulieris sanæ & fecundæ. Menstruo autem deficiente hæc hypostasis abit, & est signum olim fecundæ, quamuis postea semper sentiat grauedinem & lassitudinem, tenditq; hypostasis earum ad albedinem, estq; circa uirum circumcirca plumbea ut circulus, quamuis ea mulieris nihilominus fiat sana, secus in uiris. Nam ibi urina eadem debet permanere nisi in omnino senibus, ubi colores quoq; alterantur. Pallidior fit tinctura sulphuris, Hypostasis quoq; indies fit minor, quod quidem debilitati eorum ascribendum est non senio. Si urinam diuideris in quatuor partes, tres tantum partes sunt iuuenum, quarta est senum &c. Verum ut semel concludamus. Urinæ perfectæ sanæ signum certissimum, Cum egregie turbatur & mouetur a medico, & spuma ex motione causata statim abit hypostasi decenter in medio stante & fundo se bene habente. In mulierum quoq; urinis cum mouentur ita, fiunt parue bullæ intra istas duas hypostasies, & hoc certissimum signum urinæ mulieris. Hæc de urina dicta sint.



Finis tractatus primi.

THEO.

THEOPHRASTI BOMASTII
DE VRINARVM IVDICIIS TRA-


ctatus II. Qui est de vrina non sana,
Tartari ac Rubini exteriore.

De vrinæ non sanæ diuisione, eiusdemq; subdi-
uisionibus, scilicet, Tartari, Rubini, Alkolitæ,
Scatea, Tremula, Fecula, Formulæq;
CAPVT I.

Non temere Hypocrates medico prudentiam fu-
turorumq; cognitionem necessariam arbitratur,
quandoquidem solius sit medici, prudentis et exercitas-
ti, hominis naturam, ac partes, earundemq; tum profe-
peram tum aduersam nouisse valetudinem. Cum au-
tem illarum quædam in profundis corpusculi latibulis
sitæ, non nisi excrementis dignosci queant, ea hic stylo
ac ordine prosequi animus est. Primum autem vrinæ
rum quæ aduersæ valetudinis, principalium membro-
rum id est stomachi, iecinoris et renum notas habent.
Aliæ enim sunt Tartari, aliæ nutrimenti. Quæ tar-
tari est prorsus trifariam diuiditur. Nam aliam *
congelatis ac id genus, quæ et solum membris conco-
ctioni destinatis continentur, ascribendum puto, Al-
kolitæq; hæc appellatur, quod tartari iudicia exacte ab
ea dependent. Alia insuper putrefactionem tartari,
quæ et affecta sunt membra monstrat, et scatea di-
citur. Hæc enim vniuersæ putrefactionis vt alkolita
* iudicium affert, Tertio tremula est, et hæc tum
opilationes

opilationes, tum morbos ex eadem natos in dictis par-
tibus sagaci equidem medico prædicit. Quæ autem
ex Rubino id est, nutrimento quod ab ijs quæ egeria-
mus separatur, itidem est duplex, Vna quæ dicitur fe-
cula à fecibus, et est cum vrina corrumpitur seu fran-
gitur, signum nutrimenti cum in Epate iacet vt debet,
nec tamen attrahitur à membris, caret enim virtute at-
tractiua. Altera dicitur formula à forma propria, et
est cum vrina exit suo colore proprio, vt ogro colore
id est, leibfarb/ aut rubea, signum exitus rubini vna
cum vrina.

Typus prædictorum.



In caput primum Annotationes.

Vrina non sani hominis duplex est, Tartari & Rubini, id est,
nutrimenti, quod ab ijs separatur quæ egerimus, utpote à ster-
core & urina. Tartarus dicitur quicquid generatur eo quod
non Rubinisch est. Vrina Tartari indicat omnes suas egritudines aut
ex eo promanantes, utpote lapidem, calculum, griesß &c. In summa
omnes congelationes in tribus membris principalioribus, Et est triplex
quædam dicitur Alkolita, quæ excrementis neq; quicq; aliud est quam
excrementum, cuius signû est Alcochol, id est, Tartarus resolutus in mi-

mutas partes in sal resolutum. & fit multipliciter, aliquando enim exe-
unt cum urina granula alba, aliquando in urina uidetur Vsnia, aliquan-
do pruinæ ut in matulis est uidere cum arena in fundo iacet, Verum si
occultatur hæc alkola, uidetur in urina zweisse feßerly als zer schnitten
bom wolle. Nonnunquam exit in liquorem & dat in fundo spissitudi-
nem quandam, quæ omnium pessima, ut mucilago quædam lettig schly-
merig, estq; certum signum lapidis in uestica aut calculi. Item cum u-
rinam permittis ad 6. uel 7. horas stare in matula donec in frigidetur,
uides quo pacto se appendit in matula. Et est alkochoh, pruinosa seu
Vsnia quæ in Vrnali poterit uideri.

SCATEA dicitur secunda tartareæ urinae species, à fœtore
nomine sumpto, estq; indicatiua omnium quæ ex tartaro putrefactio-
num. Eiusq; signum scatoni id est fœtor urinae. Inde iudicantur trium
principalium membrorum putrefactiones, quib; ex ea putrefactione ge-
nerantur morbi. Sapor quoq; pertinet ad signum scatos, ut si salsa, acu-
ta, tum sua habet signa.

TREMVLAM tertiam appellant, & est cum Vrina ponitur
ad mensam, aut alium locum non mouentem, & tamen urina perseipsam
semper mouetur, & ascendens descendensq; quasi bullire uidetur, signum
opilationum & ægritudinum ex ijs proueniunt indicijs.

RUBINI species ex textu clarae sunt. Item notandum si uri-
na admodum lactea existit, nec conuenientes partes habet, signum tarta-
ri resoluti, & exit maximo cum dolore.

De Alkolitarum * & signis
cuius sequens tabula partes
declarabit.

CAPVT II.

Alkolita

Alkolita aut des- gnat Tartarum.	Stomachi	Hypostasi	Orexim.
			Compositionem.
	Epatis	Diuulstone	Arsuram.
			Compunctionem.
	Renum	Sedimine	Sitim uehementem.
			Compositionem.
			Grandinem.
			Vsniam.
			Pruinam.
			Calculum.

Annotata in hunc typum.

Inprimis notandum quod omnes ægri-
tudines quas Alkolita indicat,
opus esse aut stomachi aut Epatis aut Renum. Hypostasis semper
indicat tartarum in stomacho, Diuulso in Epate, Sedimen in reni-
bus. Diuulso est cum hypostasis urinæ hinc inde est diuulsa, & quasi
gedwülket hin vnd her. Sedimen est fundi, & est quasi nebula, aut ut
spissa nubes in fundo residet. Hypostasis si Alkolita est, est porosa, ia-
cetq; in uno loco & in alio non. Et in poris aut foraminibus istis iacet
alkola, id est, die fessely. Signum tartari in stomacho & poterit in-
dicium esse arsuræ stomachi, Orexis, aut compressionis in furcula pecto-
rali, quæ debent prædici ægrotantibus. Quod si hypostasis fuerit rubra,
rottsfarb, signum uehementis morbi ac doloris in stomacho, quod si ea ca-
dit frustillatim ac diuulsa ac raminosa, signum tartari in Epate: Inde
compunctiones id est, dolores in latere dextro. Quod si ea diuulso fu-
erit rubea, signum uehementioris morbi. Sitis semper adest, frigiditq;
sunt in manibus. Quod si diuulso fundum uersus residet, significat tar-
tarum in inferioribus regionibus Epatis infra costas hinab. Sedimen
cum fundo residet tunc tartarum in renibus prædicit, quod si istud quo-
que rubrum, morbus in eo uehementior. Item si urina cum sedimine ru-
bra est, est pruinæ in renibus seu vsniæ signum, habent dolorem in spis-
situdine pedis superius oder inschlaffen. Si autem arena cum se-
dimine exit, compressionem in furcula pectoris iudicato,
Dic enim non sani esse stomachi. Sed si grandines aut
pruinam refert, omne est in renibus & est gene-
ratio marmoris rubei secundum Spagyros.

C ij

De

De forma Alkolæ in speciali, accidentia
 ab eadem & signa.
 CAPVT III.

Alkolæ	I.	Alba, lactea, serum lactis, aquea, & significat calculum ex lapillis, fit generatio ad lapidem.	
	Forma	Resoluta	Rubea, subrubea, citrina, crocea, tincta significat arenam & marmor, den rohten stein / id est, Gries.
	3. ex		Alba ut farina, fursurea significat calculum ex lapillis cum bolo.
		Arenosa	Rubea citrina significat formam & materiam sicut apparet.
			Mucilaginosa, bituminosa, viscosa, tartari non bene confecti significatiua, & plura alie :
			Sanguis, significat lesionem ex tartaro in alteram partem.
	II.	pus ulcerationem secundum locum.	
	Accidentia	Sanies putrefactionem secundum locum.	
		Restrictio opilationem cruoris.	
	III. signa	Externa	Emissio inuoluntaria & significat ingressionem tartari.
			Ardor guttatus significat tartari acuitatem.
		Ab experientia.	spiritus { Sal { vrine, & signifi. curam impossibilem cum priora signa concurrant ut m-cilliris.

In typum præcedentem annotationes.

Resoluta forma alkolæ cum prorsus occultatur, nec ullum priorum partium aut signorum emittit, & tunc resoluitur tartarus & separatur ab

paratur ab urina, sein hinweg & discretus supra alium significat. Accipito urinam ex urinali ponito eam ad horas 4. uel 6. tunc uidebis quod inspissatur, fitq; deinde tenax. si urina arenosa habet sedimen, signum est futurorum grandinum & wil sich ansetzen. si cum alba urina alba arenula, signum lapidis in uestica.

Mucilaginoso schlimerig. Cum mucilago reperitur in urina, Venit aliquando ex spermate, quod si ea fuerit alba signum uehementis lapidis, verum si aurea fuerit potest esse ex spermate. Item si arena cum mucilagine, plurium lapidum, quamuis mucus ille non sit lapis, tamen lapidis indicium.

Sanguis si cum urina, id est, si tingit ut urina cum infunditur in aquam, signum quod tartarus urnam aliquam in renibus aperuit, & tunc exit sine dolore, aliquando iterum consolidatur per seipsum, aliquando iterum aperitur. Quod si frustillatim exit, signum sanguinis coagulati, quod nonnunquam hominem interficit. Notandum hoc extra ordinem. Cum sanguis funditur in aquam, bene animaduertendum quomodo & quam diu stet, quandoq; mucos colligat, quando non. Nam aliquando mucus exit aut fit ut frusta. Pus est cyter qui habet foetorem, spissius, uiscosius, tenacius quam sanies. Sanies est quod quotidie ex foramine aut ulcere exit. Si pus est rubrum, significat morbos esse adhuc in renibus, si uero album, tunc est in uestica. Sanies fit cum urina in seipsa putrescit, iacet in urina ut pus densum & clarum. Restrictio est cum urina restringitur & opilatur, tunc est desulandum. Emissio inuoluntaria, cum quis aliquando emittit urinam nec sentit, signum tartari penetrantis per poros, nec recta ac conuenienti uia intrat uesticam. Ardor guttatus, cum quis guttatim mingit, signum tartari, quod si alba, tendit ad calculum, si rubra ad grandines, spiritus, urina aliquando pulchra est, nec in ea quicq; potest reperiri, & tamen patiens laborare uidetur calculo, hac experientia est utendum, Urina est distillanda, quod uenit ex distillatione ponito in aquam frigidam, quod si ad fundum proijcit atomos ut salis petri, & iterum ascendunt uelociter in uitrum, signum certum. Sal urinae, cum urina stat per 2. dies aut tres, tunc ponit tartarum (ut nimirum facit) in matulam circumcirca aliquando album, aliquando leberfarb, Aliquando rubrum ubiq; in matula, haec duo signa sunt incurabilis casus, nisi arena aut mucilago aut alia praedicta signa accefferint,

De

De vrina scatea & putrefactionibus eius.

CAPVT III.

TYPVS.

Fœtor urinae in tribus consti- tuit in	{	sulphure & {	Picks	{	sulphur
		tres fœtores	Olei		
		habet scilicet	Sulphuris		
		Mercurio & {	Ireos		Harum trium
		tres sâpores	Carnis		materia pec-
		habet	Herbarum		cans est
		{	sale & tres		
		odores ha-	Crudi salis		
		bet	Arsenici		
			Spirituum		
					sal

Loca vrinae scatæ.

Vrina	{	Pallida	est	{	Stomachi
		Rubea			Epatis
		Crocea			Renum
		Turbida			Trium

Annotatiunculæ in eisdem typis.

Notandum quod in urina duplex fœtor est, ita quoq; duplex pu-
trefactio est urinae, Corporis & nutrimenti. si nutrimenti pu-
trefactio est, tum urina putrefita sola, exit alba & fœtet, sed si
colores alios habet tunc corpus putrefit & fœtet urina. si pallida &
tamen non lactea, tunc stomachi est putrefactio stincket ihnen der athem.
si rubea & fœtet est putrefactio Epatis, si crocea renum, si turbida id
est, nullum certum colorem habens, tunc est putrefactio in omnibus mem-
bris. Quod uero ad odores attinet, obseruanda est experientia medi-
co. si uenit ex sulphure, tunc medicetur ex thure, mastice & myrrha,
ut in Iliado. Si ex mercurio per Terebinthinam distillatam medicetur,
aut per oleum philosophorum uel per centaurum. Si ex salibus fœtet,
fiat cura ex uitriolatis. Vrina quæ olet ut stercus sulphuream putrefa-
ctionem indicat. Vt autem fœtores rectius intelligas, notandum. Picks
est cum pix sutorum comburitur super carbonem. Olei cum proieceris
ad ignem habebis fœtorem, Mercurij odores omnes tres tendunt ad le-
pram, significat putrefactionem mercurialem sortem. Ireos vil wurtzen.
Carnis sicut ius carniuum. Herbarum ut cum introducitur foenum aut cum
prata

præta accedis &c. Quod si colorum unus quoq; superiorum acceſſerit, malum ſignum putrefactionis. Salis crudi cum proijcis ſuper recentem prunam aut carbonem notabis odorem ſumi. Arſenici facito quoq; ut in ſale, eſt enim ferme ſapor ceparum. ſpirituum, ut utriolum proijce in ignem, ſumi foetorem animaduertito, & habebis ſpirituum foetorem. hæc de urina ſcatea.

De vrina tremula & opilationibus.

CAPVT V.

Vrina tremula	{ Loca	{ Stomachus	{ habent urinam perlucidam, Idiaphanam absq; contentis.
		{ Epas Renes	
	{ Accidentia	{ ſpiſſa.	{
		{ Lucida.	
	{ rubra	{ Mediocris.	

Annotatiunculæ in præcedentem typum.

Opilatio ſtomachi eſt cum uia inter iecur & ſtomachum opilatur, & opilatum fit quoq; in meſaraicis, absq; contentis, id eſt, ſi ſtat ut pura aqua diſtillata. Nam omnis * debet aliquid egregij continere, ut hypotaſm, ut liquorem, ſedimen, Vrina translucida ſi fuerit, lucida ſi fuerit pallida, ſignificat ſtomachi opilationem, quod ſi rubea Epatis, crocea renum. ſed dato in fundo coloris indicium eſt. Vrina pallida cum ſpuma ſignum paroxyſmi febrilis, rubea quoq; cum ſpuma ſignat febrem. Quod ſi circulus clarus eſt & caret ſpuma ut plurimum ſignat peſtem. Si turbida fuerit cum ſpuma caretq; contento, pleuriſm ſignificat, Vrina rubea carens contento ſpiſſa ſignum ad mortem. Nam cum natura mori uult deſinit digerere, cum urina corrumpitur medicus iam duo habet indicia, vnum cum eſſet integra, alterum cum iam corrumpitur. Et quando urina in quinq; aut ſex horis corrumpitur iam non eſt ſanitas, ſequiturq; ut plurimum his phibiſis Ethica. Loca in ea iudicari non poſſunt ni arena concurreret. Formulæam urinam eſſe opus ſimilem carni non pulmento, habetq; colorem carnis, hic ut plurimum ſequitur dysſenteria, uel diarrhæa. hæc de urina Exteriori dicta ſunt.

Tractatus ſecundi ſinis.

Theophraſti

THEOPHRASTI BOMASTIDE

Vrinarum iudicij LIBER II.

De vrina cruoris mineralium & coloribus suis CAPVT I. seu Typus.

Vrina cruoris tri-
bus cognoscitur. { Coloribus. & hoc propter membrum & locum.
Substantia. propter mineralium naturam.
Contentis. propter accidens & morbi qualitatem.

Particularis
membri &
sunt sex co-
lores.

Cruoris color
tres ordines
habet sci-
licet.

Vicini mem-
bri & sunt
septem co-
lores.

Ab excre-
mentis sex.

Albus nec tamen lacteus & habet spu-
mam uineam et inde indicantur mor-
bi & cap. & cereb.

Xingelsarb oder lebersarb cum spu-
mis inde ea quæ sunt pulmonis.

Flauus apposit. albori cum spuma eius-
dem coloris inde ea quæ sunt fells.

Eiusdem coloris sine spuma Epatis.

In braun ut crocus martis cum modica
spuma Splenis.

Plus diaphana quam pulmonis & re-
num Epatis, sed cum pinguedine.

Lotura carniū similis.

Pallidus cum pinguedine in superficie.

Albus cum spuma prælucidior, spuma
cerebri spuma cum circulo albo.

Perlucida atq; distillata color & ple-
runq; in medio.

Plumbeus cum ingentibus ampullis.

Idem color sine spuma.

Zigelsarb in fundo spissa, in sumo cla-
ra, nec refert ullam urinam, interdum
cerulea uiridis, aliquando autē nigra.

Albus cum muco in fundo.

Tenuis cum orbe lato & aqueo.

Gelbe dingli in urina.

Cerebri color & bullulas habet.

Rubea cum spuma modica alba.

Vveißbleich quod fit cum ad tempus
sistitur, corrumpitur, decoloraturq;

De substantia urinae CAPVT II.

		Spiffa	Lucida	Diaphana		
Spiffa	1.	pulmonis Renum	Sana	Mala	Mortis	
	2.	Cerebri Splenis.	Media	Bona	Optima	
	3.	Fellis.	Mortis	Sanabilis	Bona	
Lucida	et hoc secundum	4.	Cartilaginis inte	Bona	Angustia	Ad crifim
	membrorum diuifiones, fcilicet 7.	5.	ftinorum Carnis pinguedinis & sanguinis.	Chronica	Fallax	Incurabilis.
		6.	Lachrimae, urine sudoris fputi.	Mala	Bona	Salutis
Diaphana		7.	Fugilis stercoris.	Critici	Morbi	Sanitatis.

In typum secundum annotatiuncula.

Substantia urinae est triplex. Spiffa cum non poterit per urinam uideri fit cuiuscunq; coloris, Lucidaq; & Diaphana quidem ad manum uerum non procul. Diaphana quae tota est perspicua. Substantia urinae dicitur dwe ein urin an im selbs ist. Angustia, id est, in periculo stat natura, secundum quod medicus ibi operatur, infirmus hoc se habet. Ad crifim, id est, moritur eodem die quo critizat. Chronica, id est, tendit ad morbum chronicum. 3. Bona, nam curatur sine omni medicina. 5. Fallax, magis uol ubel gerathen. 7. Interualli, id est, non statim critizat nec secundum regulam, regulatur.

De contentis Cap. III. seu Typus.

Ordo contentorum habetur in tribus in	salibus.	[Aluminibus]	Bullam.	] contenta 3.
		[Vitriolatis.]		
		[Cōmunibus.]		
	Mercurialibus.	[plumosis.]	Spumam.	
		[Liquoribus.]		
		[Succis.]		
	Sulphure.	[Aquis.]	] per cir- culum.	
		[Fixo.]		
		[Albo.]		
		[Rubeo.]		
		[Proprio.]		

Contentum in urina omne id dicitur quod supra urinam iacet ut spuma, Bulla, Circulus, cetera omnia pertinent ad substantiam, hypostasimq.

In tertium typum annotationes.

Bulla in urina est indicium quod morbus est ex salibus, tum morbum uentositates, Item principium in colica iudica. Quod si mulieris fuerit, suffocationem matricis portendit. Bulla si aliter fuerit colorata, si uiridis, morbum caducum, si rubra synocham febrem aut caustonem indicat. Cum duæ aut tres bullæ ad inuicem ascendunt cum paruis, uitium capitis denotat, Et est morbus fixus in capite nec descendit ad alia membra. Bulla & Spuma differentia hæc est, quod bullæ duæ aut tres, id est, blateræ sunt supra urinam, nec attingunt utrum, tunc uera est bulla. Spuma autem hecket sich an allenthalben, Bulla autem manet supra urinam. In spuma granulæ si fuerint admodum parue, paralysis signum, & quanto fuerint minores tanto certius indicium est. Quod si hæ granulæ bene descendunt sub urinæ circulum in urinam, paralysis resolutum ad casum, signum, aut casus iam facti, ut tamen spuma ea sit alba. Si spuma non abit sed diu remanet super urinam, uitium pulmonis ex phlegmate in carne eiusdem siti. Si spuma fuerit supra circulum & dat ea spuma adhuc unum circulum interius album, est spuma signum apoplexie. Quod si spuma groß blattern hat, est signum plethoricum, id est, mäſſigen vollen leibs, quamuis nulla adsit infirmitas.

Quod

Quod si bulla simul cum spuma fuerit, phibis signum. Quod si colorata flauo colore, principium est. Si spuma caua iacet & uero adiacet, nec tamen tangit circulum, circulusq; sub ea niger est & spuma alba, signum mortis est. si spuma ob grauitatem fundum petit, & ibi residet, & tremorem cordis aut incubum denotat.

Circulus uenit ex sulphure. Si alkola in circulo uidetur, morbum chronicum denotat, quod si hoc contigerit in mulieribus signum impregnationis aut male matricis. Quod si circulus est coloratus uarijs coloribus ut Iris, signum morbi caduci pest: si circulus ceciderit sub urinam, & fit proprius circulus, lepra leoninae praecipue signum fit circulus tantus, & coadiuuatur alio, iacentq; paruae granulae in medio circuli, signum apoplexie.

Si circulus exterior uiridis fuerit, signum Ictericæ mortalis. Hæc de accidente circulo dicuntur. Itidem in suffocatione matricis etiam est mortalis, si coelestini coloris ut fit sapiß: solum est mulierum, tunc signum est putrefactionis in matrice quæ putrefactio tendit ad lepram. Circulus dimidiatus paralyßim in uno latere significat. Si circulus & spuma & bulla eiusdem coloris fuerint, morbum incurabilem demonstrat & chronicum, die für vnd für geht. Item in urina sana ac bona utrunq; si eadem tria ad inuicem coherent & simul appendent quod patiens in præcordijs & circa pectus nullius ualoris est, urina etiam utcunq; exeunte colorata. Circulus spissus maxime, & etiam ipsa urina spissior & rabeus aut laterini coloris, id est, ziegelsarb morbum lethargicum denotat iam præsentem aut mox futurum. Sed si clarus & urina spissior fuerit calculo hydropisim significat. Si omnia contenta iacuerint supra urinam & statim abeunt & resoluuntur in aqueum circulum & maioratur signum hyposarchæ ueræ. Cum tribus digitis & uero bindat spumeus circulus fuerit in mulieribus inpregnationem significat. Quod si is circulus fuerit inpregnatus non boni partus & defectus in matrice signum. In medio urinae bulla coelestini coloris facta, lepra præsentis signum est, & aliquando quoq; alopecie. Qui laborant morbo viti,

habent urinam pulchram, sub rubeam & superius habent duplicem

circulum ein braunen & flauum superius & inferius alium &

hoc quamdiu paroxysmus durat. In summa quicquid

grauissimorum est morborum ex contentis uri-

næ eruuntur. Hæc de urina Cruoris

& in ea accidentibus conten-

tis dicta sint.

Finis tractatus 1. lib: secundi.

D ij

TRACTA

TRACTATVS SECVNDVS

DE VRINA PERMIXTA EIVSQVAE CONDI-
TIONIBVS, PVLVS ET PHYSIONOMIA.

De permixtae conditionibus proprijs
& extraneis Typus I.

		[Rubea.]	[Diaphanam.]
		[Alba.]	[quarum]
	[In colori-]	[Viridis.]	[quolibet.]
	[bus sex.]	[Citrina.]	[3 species]
		[Nigra.]	[habet.]
		[Viola.]	[Lucidam.]
[A sua con-]			[Spissam.]
[ditione.]			
	[In substan-]	[Lucida.]	
	[tijs tene-]	[Spissa.]	
	[bra.]	[Diaphana.]	
		[Pulsu quo fi-]	[Membrorum ex-]
		[unt 4. pro-]	[teriorum.]
		[prietates.]	[Laterum.]
			[Colli.]
			[Temporum.]
	[In accidentijs]	[Oculis.]	
	[ea quæ dicta]	[Physiono-]	[Naribus.]
	[sunt de tarta-]	[mia a qua]	[cum suis]
	[ro cum 3. si-]	[gnis exteri-]	[signis.]
	[gnis exteri-]	[5. proprie]	[Ore.]
	[oribus.]		[Coloribus.]
			[Aëre.]
		[Ore et hæc]	[Loquella.]
		[quoq; a 3.]	[Anhelitu.]
			[sua sig-]
			[na habet]
		[spuma indicium su-]	
		[perioris partis]	
		[pletorica.]	[et hæc in-]
	[In portioni-]	[Bulla superioris par-]	[dicat quic-]
	[bus quarum]	[tis ex inanitione.]	[quid supra]
	[quatuor spe-]	[Circulus indicium]	[diaphrag-]
	[cies.]	[centri. i. umbilici]	[ma est.]
		[et circa huffi.]	
		[Vrina matricis]	
		[sua.]	

Vrina per-
mixta qua-
tuor con-
ditiones
habet.

Ab extra-
nea condi-
tione 2.

Vrina per-
mixta qua-
tuor con-
ditiones
habet.

Vrina per-
mixta qua-
tuor con-
ditiones
habet.

Vrina per-
mixta qua-
tuor con-
ditiones
habet.

IN

In eundem typum commenta.

IN substantijs indicant hæc quiddam an ægroti mictura sit nec ne, ut de tartaro, ut ex alkoholita, scatea, aut tremula, id est, Sedimen à seipso fundum facit. Rubra urina diaphana, id est, Rott durchsichtig. Lucida halbrott, tamen potest esse diaphana. Spissa auff's aller rôtst, & sic de alijs quoq; coloribus indicandum: viridis urina diaphana, id est, so sie gut grün ist. Signum doloris splenis, quod si tenebræ sunt aut nebula, superat mortem. Itidem urina viridis signum febris quarantanae. Sed ad rubeam iterum. Rubra urina species indicat magnam caliditatem exin quoq; morbum calidum, postea notandum, substantia qualis sit & portiones. Si tenebrosa sit urina, signum salutis est. Si habet spumam signum est, quod morbus cum maxima repletione das solle do ist, Alba contraria uti signat morbum frigidum. Si est diaphana, id est, lauter weiß signum urinae bonæ, salutisq; si lucida sanior, omnium uero saluberrima spissa. Notandum hoc quoq; certum esse signum mortis, cum urina neq; ad albedinem neq; ad rubedinem ganz declinirt. Quod si spumam aut nebulam supra urinam dat, idem signum. Indicantur autem ex hac urina potissimum hydrops & hypofarcha. Citrina si habet nebulam spissam mortis signum, si spumam bullamue, iterum ad mortem uenit ex superioribus partibus. Si sedimen habet moritur ex renibus, sciam autem his scilicet. Nigra si nebulam habet est ad mortem, si non habet signum apostematis quod expellit & abit. Viola, id est, Blofarb & diaphana est ad mortem, si hominis infirmi fuerit, uerum si sani tendit ad lepram. Lucida, id est, Braunlichter, si in acutis, mors, si in chronicis, signum salutis, si spissa cuiuscunq; coloris signum salutis nisi tendat ad lepram. Quod si nebulam habet supra spissam, id est, trüb signum salutis. Item de lucidis tenebris * diaphanae portendunt. Sedimen si est album, tunc fluxus ex menstruis superfluous adest, si rubeum restrictio eiusdem aut constrictio adest. Quod si sedimen ad fundum prorsus tendit, nec rubeum est nec album quod discerni possit, scia signum. Item cum à seipso urina fundum, id est, sedimen facit.

Hæc de urinis dicta sufficiant. Nunc de pulsibus, physionomia medica quædam annotationes sequuntur.

E

DE

DE PULSIBVS.

Contingit sepe numero ut urina sit sanitatis, tamen interim egrotus male habet, sunt igitur cætera signa salutis atq; mortis attendenda, ut pulsus & physionomia. Primum igitur de pulsibus. Cum igitur urina ita fallit, opus est ut infirmum quoq; uideas, ac pulsus in quatuor locis teneas, utrum concordat, nam non sufficit pulsus brachiorum aut membrorum exteriorum tangere, Tangatur igitur primo membrorum exteriorum pulsus, ut manuum & pedum demum colli, dein laterum, demum sub axillis, postea temporum. Quod si pulsus simul concordant inter se, res bene habet. Sin uero non, animaduertenda sunt sequentia indicia primæ figuræ seu typi.

De pulsibus, id est, animæ motu.

CAPVT II.

Tartari &	[Globulosus.]	}	Durus.
	[Grossus.]		
Minera.	[Constrictus.]	}	Subtilis.
	[Obscurus.]		
Pulsus quatuor uirtutes habet.	sanitatis	Æqualis. Medius.	
	Morbi 2. habet demonstrationes.	[Tartaream & Mineralem.]	[Tartari. est signum. Mineræ.]
[Extraneum] est duplex.	[Caliditatis.]	}	secundum elementum.
	[Frigiditatis.]		

Annota

Annotationes in eundem typum.

Tartari, in hoc pulsu non est desperandum in isto morbo, nam ex tartaro, mineræ pulsus est subtilis, ut uix tangi possit, habet mollem percussionem, signum pulsus mineralis est cum superfunditur aqua frigida & pulsus aliquantulum desistit, estq; is pulsus optimus morbi. Cum pulsus calidior est cute, verum ac certum signum morbi præsentis, etiamsi secus medicus tangat, aut cum pulsus caliditatem quandam dat ad digitos tangentis sub tactu. Proba acutissima. Vtrum morbus in sanguine quoq; ita sit calidus. Madesiat pecia sericea in aqua præcipue rosata, ponatur super pulsum, quod si morbus ita est calidus, uides peciam multo citius siccata sub pulsum quam in alijs locis, quamuis olim & primum pecia bene exprimatur, tunc dabit ein trockenen strimen sub pulsu factum & siccatum. Item cum duorum digitorum substantiam post iuncturam pulsum suppressis, deinde etiam sic inferiori brachio & pulsus cedit, signum morbi. Sanitas quæ non secundum tactum solum, uerum secundum colorem quoq; iudicanda. Si uenæ pulsatiles sint bene coloratæ, id est, gutblaw signum boni & sani pulsus. Quamprimum autem discolorantur malum signum. Item cum digitos quatuor superposueris & subprimis cum fortiter, & tamen tangit, sanus est, nec calidior sit quam cutis est. Iterum ad pulsum tartari. Globulosus, id est, knospechtig, cum in morbo acuto sit mollis, signum resolutionis, tunc facienda est minutio: cumq; iterum sit grossus, tunc tendit rursus ad sanitatem. Durus cum tangitur secundum longitudinem & fit omnino durus in uno loco, in altero mollis, signum morbi chronici. Item cum arteriæ grob gehen in pulsu datq; durum tactum, quidam globulosos knospechtig griff signum tartari pulsus, saniq; hominis, tamen sanguis tartari, qui minuitur fit sanguis griselech post minutionem. Grossus, id est, so er grob tölpecht schlecht. Mineræ constrictus cum cubitus ponitur in aquam frigidam & postea tamen nihilominus tangit, signum sanitatis. Item si definit manente tamen colore. Verum si utrumq; perdidit, id est, & pulsum & colorem, signum mortis, Item cum ligatur post cubitum fortiter & tangitur in duobus locis, & eundem pulsum dat, sanitatis. Notandumq; omnes pulsus opus habent concordia ad inuicem, id est, ut simul tangant, non est ad mortem. Item cum tremulus aut saltans. Item cum uides pulsum tangere & arteriæ saltant in sano bonum signum, in ægroto fallax. Notandum hoc quoq;

E h cum

eum pulsus ad mortem tendet, fortis est in temporibus, in collo debilior, laterum debilior plus, ita in manibus quoque magis debilis, in pedibus deinde lassior & tunc præsto est mors. Nam ex inferioribus homo moritur.


Ordo debilitationis pulsus cum tendit ad mortem.

Temporum.	fortissimus.
Colli.	fortior.
Laterum.	fortis tamen debilis.
Manuum.	debilior.
Pedum.	debilissimus & mors.

IN omnibus quæ ex gutta generantur apoplexiarum, quanto fortior fuerit pulsus & tetigerit, tanto deterior, & in his colli notandus pulsus, qui si globulosus sit & tanguntur globuli, moriuntur, quamdiu autem glathingeht bonum signum. Item cum in collo tangit & in manibus mors. In phrenesi, epilepsia, mania, id est, pulsus quæ si in somno paroxismo finito nihilominus tangit bonum signum & salutis. Si uero separatur malum. Item cum tangitur in phrenesi in collo & obdormiunt ægroti morbus est curabilis. In morbis dissolutis, id est, in dysenteria, diarrhia, fluxu uentris &c. si pulsus manet in eodem tactu nec mutatur & unicum signum mortis accesserit, iam actum est. Nam pulsus manet usque ad mortem & aliquando quadrantem horæ post mortem, nam mortem nondum esse sanguinis pulsus indicat. Itidem in peste. Laterum pulsus & mulierum qui si elementatus fuerit, id est, calidus aut frigidus, signum grauidæ. In doloribus matricis, itidem in lateribus tangitur, nullibi aliter. Pulsus elementatus caliditatis dat fortem percussione & uelocem. Est pulsus elementatus ignis abundantia. Frigiditatis est tardus sine caloris sensu.

Notandum hoc quoque in caduco morbo, uehementi: & forti: pulsus.

*4 hæc de pulsibus dicta sufficiant.



DE PHYSIONOMIA MEDICA.

caput seu typus vltimus.

Physionomia medica ex sex membris consistit ex	Oculis cum	Præputio.	in profunditatem descendit cum coloribus præcipue orizeo & lazurio.
		Vmbilico.	
		Poris.	
	Naribus cum	Tenasmonæ.	in cerustum colorem abit & asperittum.
		Auribus.	
		Vulua.	
	Dentibus cum	Ore.	in reuerberationem abit cum pro coloratis radicibus.
		Labijs.	
		Vnguibus.	
	Fronte cum	Capillis.	in pallidum et ogram media cum debilitatione membrorum.
		Platis pedum	
		Cute.	
	Bucellis cum	Pectore.	in acatias descendit cum coloribus coniunctis siue commixtis.
		Thorace.	
		Ventre.	
		Musculis.	
		Lacertis.	
		Momis.	
		Mamillis.	
		Genibus.	
		Rasteta.	
		Iuncturis.	

In vltimum typum Annotatio.

Oculorum. Cum cadunt in profunditatem, id est, einfallen, signum mortis, nam morte ueniente ex cerebro resoluitur in crystallinum liquorem & est mors. Lazurio. Notandum quod hi colores citius ueniunt quam casus in profundo, Est autem lazurius is color, quoniam argentum dat cum resoluitur in primum & proprium colorem, id est, blofarb, ut lazur, vt orizeus color, id est, golibrun. Pori cum cutis exasperatur & cadit in profundum, id est, saltum scilicet

E iij mortis.

mortis. Tensumone cum anus cum ui exire uult, asperitate sit aspera
 & acuta spizig. Ceruinus color albus ut cerusa, signum mortis. In
 reuerberationem so sie rauch werden, ut si essent rasa aut cum lima li-
 mata, quod sepius contigit, etiam tribus hebdomadibus ante mortem,
 signum mortis. Cum decoloratis radicibus, ut unguium, capillorum
 plantarum, dentium, qua si decolorantur, quocumq; sint colore, signum
 mortis. Item, si frons colorem alium recipit. Capilli cum reuol-
 uuntur, id est, strubelt, signum mortis. Ogrum color corporis, id est,
 leibfarb. In acatia, id est, Rumpfung. Contractio, id est, spannung.
 Coloribus quo cum hæc membra sola sunt colorata, alia uicina non
 descendunt, ut plurimum ein-bleichrote, als braunrot, oder roifarb.
 Momis arßback. Summa omnium. In oculis attendendum an ca-
 dant in profunditatem nec ne, quod si sit iam desperata est, præcipue si
 pulsus quoq; sit aduersus. Demum cum nasus acuitur & in acie sit albus,
 signum mortis. Os si aperitur, id est, genth von einander, Dentes ra-
 rescunt & longi fiunt, caro gingiuarum nigrescit, cutis sit cinerij coloris
 aut aschengelb, præcipua desperatio autem cum tendit ad rubedinem
 præcipue in facie & maxillis. Aëre, id est, anhelitus si foetet, aut
 omnia cum colore, signum mortis. Loquela cum balbutire incipit,
 stamelet, tediosum est autem cum non potest integra uerba
 effari, vberwirfft. Fumus anhelitus cum spiritum
 è profundo trahunt, so sie den athem tieff
 herauff ziehen.

*


F I N I S.




BIBLIOTHECA UNIV.



JAGELLONICAS






Biblioteka Jagiellońska



star0042254



De Viris et
pauca.